

5499 Brebii ad aedem S. Michaelis CYR. Prope Besutium iuxta fanum S. Michaelis ECCL. Malgeni apud Besutium GRATIOL. Besozzi in suburbano marchionis Caroli de Ricalcatis DUELL. Casbeni apud Recalcatos SORMANIUS (vide ad n. 5501). Hodie Cinisellae in villa Ghirlanda-Silva DESCRIZ., EGO. — Romae in S. Apostolorum MAZ. errore.

<i>in latere:</i>	<i>in antica:</i>	<i>in latere:</i>
	I O M	
<i>sertum</i>	L · COELIVS · BARO	<i>sertum</i>
<i>patera urceus</i>	VOTVM	<i>patera urceus</i>
	S · L taurus L · M	<i>securis</i>
	<i>in postica:</i>	
	<i>sertum</i>	
	bos	

Contuli. Cyriacus comm. p. 59 n. 155 et apud Iucundum n. 8 (inde Mazoch. f. 57, ex eo Grut. 3, 6) et Lilius f. 159; Inn. Ecclesia f. 192 (inde Gratiolus aedif. Mediol. p. 151), qui videtur habuisse a Carolo de Basilica; Mur. 3, 7 ex schedis suis; Duellius lucubr. 1733 p. 29, ubi datur aere expressa ex lapide; Giulinius ex Gratiolio et Sormanio; *Descrizione della villa Ghirlanda Silva* (1843) p. 24.

Huic subtexit alteram n. 5608 Mazochius. — Eiusdem Baronis est n. 5503.

5500 ad Collem Brebium ad aediculam Helioli canonici sacerdotis CYR. Ex Brebia translata Casbenum in domum Recalcatorum SORMANIUS. Hodie Varesii in villa Ghirlanda. — Romae in S. Apostolorum MAZ. errore.

IOVI OP
ET M ET
DIIS DEAB
OMNIBVS
5 PRO SALV
TE M AVRE
LI LVCILIA
NI ASELLIO
VILICVS
10 L M

Descripti. Cyriacus comm. p. 58 n. 154, a quo pendent Iucundus n. 30 (ex eo Mazoch. epigr. urb. f. 57; Choler f. 107; Grut. 4, 1 ex Maz. et Pighianis); Lilius f. 165'; Alciatus Feae f. 77'; Donat. 10, 4. Ex lapide Sormanio in descr. Varisii (inde Giulini ms.).

9 VILICVS ego, VIICVS Sorm., VERVS AMICVS Cyriacus.

5501 ara magna in summa parte in concam finiens. Ex Brebbia venit Casbenum in palatium marchionum Recalcati SORMANIUS (vide infra). Nunc Cinisellae in villa Ghirlanda. — Mediolani apud marchionem Recalcati MAFF. errore.

I O M
MATRONIS
CONCAM
L · CLODIVS
5 MARCIAN
V · S · L · M

Descripti. Habet Maffei M. V. 369, 3 (inde Donat. 6, 5), ni fallor ex Sormanii ms. descr. plebis Varisii c. XXVI, unde affert cum aliis pluribus Giulinius ms. his verbis: 'Prope Varisium Recalcatorum villa est, quae Casbenum dicitur, ubi plures antiquorum memorias collectas iam vidimus et alias videbimus infra. Quinque (n. 5498. 5499. 5500. 5501. 5505) Brebia dedit, unam (n. 5499) Besutium aut melius Malginum prope Besutium, quattuor Varisium (n. 5458. 5459. 5461. 5462), unam Actiacum (n. 5592). Omnes apud Sormanum leguntur, imo et altera (n. 5926), cui 'allinivit atrum transverso calamo signum auctor nescio qua ratione'. At hanc inscriptionem constat numquam fuisse Casbeni. De Varesiensibus quoque erraverit necesse est sive Sormanio sive Giulinius, cum eas non ex ipsis saxis, sed ex schedis Cyriacanis petitas esse appareat. Denique n. 5499 Giulinius in hoc recensu errore bis numerasse videtur. Ceterum ego fui Casbeni in domo illa hodie Morosinorum neque ullum titulum ibi hodie superesse comperi; immo tres eorum (hunc et n. 5499. 5500) alibi offendi, reliqui aut latent aut perierunt.

3 sic lapis; ne cogita de Matronis Concanaunis (n. 5584).

5502 apud collem Brebium iuxta Besutium ad I mil. ad S. Agathae CYR.

MATRONIS
M · VALERIVS
ALBANVS
LAET · LIB · FECIT

Cyriacus comm. p. 58 n. 152, a quo pendent reliqui: Iucundus n. 29; Lilius f. 159; Alciatus Feae f. 77' (inde Choler ms. f. 107); Grut. 1074, 4 per Pighium e Rigetti codice; Borsieri l. 3 inscr. 12 ex Castrobesutio I. C. et Turriano.

4 IACET pro LAET Lil., LAETO Alc. — MATRONIS | VISV | M · VALERIVS | ALB/NVS | | | I. A. I . . . | . . . Borsierius, adnotans ad v. 2: 'VISV Castrobesutius legendum proposuit, v · s vero Turrianus mihi'. At nugatur more suo.

5503 ad collem Brebium [Brebbia] iuxta Besutium ad I mil. in aede S. Agathae CYR. similiterque ALC. CASTILL.

D · M
L · COELI · L · F · OVF
BARONIS · VI · VIR
PONTIFICI · III · VIR · A · P
5 CVRATORI · SALT · FIRRONAN
ITEM · TEMPLI · MINERVAE
ET · ALBV · CIAE · VIRILLIONIS · Fil
VXORI · EIVS · COELI · IVVEN ///
ET · SEVERVS · PARENTIB · OPTIM ///

Tria exempla extant Cyriaci Alciati Castillionei. Illud est in comm. p. 58 n. 151 (inde Iucundus n. 28; Lilius f. 159; Donat. 75, 3) a compileribus eorum neglectum. Alciati, qui apud Valerium ait excerptisse se praesente senatorio viro Gabriele Talento, legitur in Dresd. l. 2 f. 1 et in ipsius parergis 5, 16 (inde Merula 1538 p. 58; Manutius orth. 199, 10; Ligorius Taur. 4; Grut. 393, 7 ex Merula et Alciatinis; Borsieri l. 4 inscr. 24 ex Alciato et Turriano). Castillioneus 1541 p. 92 (inde Ligorius l. c.).

4 A P Alc., A · F Cyr. — 5 CVRATORIS · AED · FIRRONAN Cyr., CVRATORI · SALT · IIBRONAN Alc. — 7 F /// Alc., FIL Cyr. — 8 IVVEN // Alc., IVVENIS Cyr. — 9 ET Alc., FL Cyr. — Hiatus in fine non adnotatur. — Castillioneus sic pessime: D M | L · COELIVS · L · F · OVF | BARONIS | VI · VIR · PONTIFICI | III · VIR · ITEM · TEMPLI | MINERVAE · ET · ALBV · CIAE · VXORI · EIVS | COELIVS · PAREN · OPTATISS | M ///